



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Sacerdotibus apud Gentiles quanta esset veneratio, & quantus honor
tribueretur, & num. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Tacit. lib. 2. & quod Gentiles, qui deos ligneos, & lapideos colebant, tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuerent, probat rex. in cap. Sacerdotibus, §. ante eum, 11. quæst. 1. & Petr. Ribad. tract. de Relig. cap. 35 in princ. ubi præmissa, & alia plura Gentilium exemplaz videre licet.

20 Constantinus Imperator ꝑ tantum tribuit sacerdotibus, ut eum primæ generali Synodo, quæ apud Nicæam fuerat congregata, præsideret (ante eam enim non fuerant generales Synodi congregatæ, ut tenet glo. fm. in cap. futuram. 12. qu. 1.) eum querelam quorundam clericorum conspiceret coram se deferendam, ait: Vos à nemine iudicari potestis, quia solus Dei iudicio reservamini; Dii enim vocati estis, & ideo non potestis ab hominibus iudicari, eo. cap. futuram, §. ibidem verò.

21 Valentinianus item ꝑ Imperator mortuo Auxentio Arianae perfidæ & magistro, qui Mediolanensem Ecclesiam ut lupus dilaniaverat, cum vellet, Deo ordinante, ibi Episcopum consecrare, Episcopos vocans, illis inquit: Nostis aperte, divinis eloquiis eruditi, qualem oporteat esse Pontificem, & quia non deceat, eum verbo solo, sed etiam conversatione, gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorum virtutis ostendere, testemq; doctrinæ conversationem bonam habere, ꝑ talem

22 in Pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincerè nostræ capita submittamus, & ejus monita, dum tanquam homines delinquimus, veluti curantis medicamina, suscipiamus. Cui cum synodus dixisset, ut magis ipse decerneret, sapiens & pius existens Imperator

ipse ait: Super vos est talis electio, vos enim gratia divina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Cum autem tunc sacerdotes egressi de Episcopali sede tractassent, & ordinatione divina electus fuisset Ambrosius nondum baptizatus, ꝑ exultans Imperator ait: Gratias ago tibi Domine omnipotens, & Salvator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas, & meam sententiam ostendisti justitiæ tuæ convenire. Ambrosium verò, qui de sua electione contristabatur, confortavit, illi dicendo: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adjuvabit, & ego adiutor tuus, (ut meum ordinem decet) semper existam, ut in historia eccl. tripar. li. 7. & in c. Valentinianus, 63. dist.

Maximè igitur Imperatores, Reges, & alios Principes Christianos ipsius Valentiniani Imperatoris piissimi imitatores esse decet, ne præcipuè ad regimen ecclesiarum cathedralium imperitis, aut alias minus habilibus faveant: nec ad cathedrales quibus ex fundatione, vel Sedis Apostolicæ indulto illis personas idoneas nominandi, vel eligendi ius competit: personas legitimis requisitis carentes nominent, eligant, vel præsentent; ꝑ quoniam integritas præsentium salus est subditorum, cap. inter corporalia, de translatione Episcop. & Concil. Trident. cap. 1. circa princip. de refor. sess. 6.

23 Cum enim ecclesiæ ꝑ regimen omnis sit angelicis hameris formidandum, invigilare debent principes, ut per ipsos nominandi, & prædicandi digni sint, quorumq; prior vita, & omnis ætas à puerilib. exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipèdia laudabiliter acta testimoniū